



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

27. Dies Januarii. Non te Deus contemnit si redeas, etsi tu contempseris
cùm abibas. Chrysost. hom. de Ierem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Januar.

Tessera.

71

omnia corda, omnium lachrymas haberem! omnium
cordibus, omnium lachrymis peccata deflerem; cum
neque sic sufficerem, offero tibi Deus dolorem Dei
Christi tui. Aspice in Filio, quo propitieris in ser-
vo. Quamvis juncta peccato bona forent omnia,
nec ulla sequeretur peccantem pœna; quamvis pec-
cati perpetratione vitarentur omnia, quæ excogitari
possunt tormenta, Deo auspice non amplius pecca-
rem: fidenter dico, non peccarem. Hoc si tibi fixum
est facere, quod facis, fac citò. Noli nimis cunctari.
Malum, tempore fit majus, mora periculosius, cu-
ratur difficilius: & aperire Medico renuis? Vulnus est,
& lethale quidem, & differs medicinam? Pondus est
in abyssum usque deprimens, nec vis deponere? At-
que hoc est primum elementum, quod tradit ars re-
ctè vivendi: mali, quod vetat rectè vivere, expiatio,
& offensi Dei reconciliatio. Pungunt ista, quæ dixi
mala ad pœnitentiam peccatorum, ad cautelam ju-
stum stimulant. Exaggero sua gravitate malum, ut
persuadeam sua dignitate bonum. Potes abolere,
quod incurristi malum, potes recuperare, quod a-
misisti bonum, uno suspirio, uno verbo. Audi Poë-
tam:

*Vis culpam delere: semel profer miserere:
Per miserere mei, tollitur ira Dei.*

27. DIES JANUARII.

Non te Deus contemnit si redeas, etsi
tu contempseris cum abibas. Chrysost.
hom. de Ierem.

E 4.

I. Qui

Conventi- I.
mūr pœ-
nitendo.

Q

Ui peccando à Deo rece-
listi, necesse est, te pœnitentia-
do ad Deum redire, nisi veli-
xeris aeternū perire. Plus te pe-
ccasse doleas, quam timeas. Sprevisti Deum cum abi-
res, non spernet te redeuntem. Execrare volunta-
rem, quæ in peccatum consensit; appetitum, qui al-
lexit; sensum, qui portas aperuit, carnem, quæ titil-
lando pellexit. Qui plus est bonus, plus odit peccati-
um, ut pote summum bonum. Qui vero plus peccatū
odit, plus peccatum destruere ambit. Nullus plus o-
dit, velodisse potest peccatum, quam Deus: ergo
nullus plus optat destruere peccatum, quam Deus.
Magis igitur desiderat Deus peccata dimittere, quam
peccator ipse jam pœnitens postulat dimitti. Si de-
lictum odit, & destruere cupit peccator, qui est ma-
ius, quanto magis Deus, qui est optimus? Omnes
quæ sua sunt, querunt: inter omnes solus Dens, qui
tua sunt, querit; suamque gratiam etiam post pecc-
ta, promptior est dare, quam tu accipere. Quid du-
bitas ad Deum converui? qui vult, invitat, vocat, u-
get te ad se reverti? & minatur, nisi revertaris? Quis
invitat, ut venias, repellat dum venies? Apud Deum
quem pœnitit peccasse, penè est innocens, quia ei
homo recens. (a) Tu os non aspernabitur redditus, qui illi
redcas, suos demonstrat affectus.

II. Age, quantum tibi plaudendo gratulareris
itnò ut tibi congratularentur, convocares amicos,
tuo vel ingenio, vel labore, vel industria, vel virtutem
traductus fuisset à synagoga ad Ecclesiam, à Judæis
ad Christianos, perfidia ad fidem Christi, magnu-

(a) Chrysost. suprà.

ille mundi Magister Paulus ? Nōnne tanti vīri cōversio mira tibi foret exultatio ? Nunquid tibi esset ingens & lātandi , & te jactandi, ac gloriandi materia, posse dicere : Mihi debentur illa tam gloria summi illius Herois , quæ inter Gentiles patravit facinora. Observa hīc ordinem charitatis. Charitas incipit à seipso. Fac ipse tibi, quod gauderes perte, fāctum alteri. Mavult Deus, tu te unum convertas, quām per te, convertantur omnes. Sicut malle debes, perire homines omnes, qui sunt, fuerunt, erunt, quāni te solum ; sic magis satagere debes, ut tu unus convertaris, quām reliqui omnes. Quid ergo tibi invides illud bonum , tantam gloriam, tam inviden- dam felicitatem ? Si in tuo foret arbitrio , quotquot sunt in Urbibus Confules, in Templis Præsules, in Provinciis Præsides, in Palatiis Reges; imò quotquot sunt in orbe homines perfundere immenso quodam gaudio, ita ut omnes omnibus incederent lātitiis, id- que nullo negotio, facilī labore, unius manus motu, aut pedis incessu, an hoc negligeres ? Nolles tibi tot devincire ?

III. Plus potes, quām dixi , plus forsitan, quām ut possis credere. Scis quot sint in cœlo Angeli? Illorum numerus est prope innumerabilis. Sunt plures, quām sunt in cœlo stellæ, in littore arenæ, in agris gramine, in arboribus folia , in pecudibus pili, in hominibus capilli. Est turba, quam dinumerare nemo potest. Hos omnes tot numero cœli Proceres, potes, dum placuerit, immenso gaudio perfundere, attestante ista Veritate: (a) Gaudium erit cōnam Angelis super uno peccatore, paenitentiam agente. Imò hoc gaudium redundabit in Apostolos, Patriarchas , Prophetas,

(a) Luc. 15. 10.

E. §

Con-

Confessores, Virgines, Martyres, Cælites omnes : extendet se ad ipsam Dei Matrem, Dei Filium, in totam cœlestem curiam : Hinc dicit Christus : *Gaudium erit in cœlo.* Et malis momento uno, jacere in cœno, amplectilatum, quām toto gaudio impleat cœlum ? Indurate persecutor, credite sacris litteris ? Credis Deo, qui toties, & tam multa dixit contra cordis tui duritiem ? Vide, quid à te requiritur. Nihil prorsus quod non possis, non jejunia, non eleemosynæ, si non possis, non prolixiores, quām possis, preces fundere, non quidquid extra te est ; sed hoc unum, quod à te totum est, ut te præteritorum pœnitentiat, & seriò resipiscas. Dic ergo prodigus cum prodigo: (a) *Surgam, & ibo ad Patrem.* (b) *Qua spes* (ait Chrysologus) *qua fiducia, qua conscientia?* *Qua spes?* illa qua Pater est. Ego perdidii, quod erat filii, ille, quod Patris est, non amisit. Apud Patrem non intercedit extraneus : intus est in Patris pectore, ipse qui intervenit, & exorat affectus. Urgentur Patris viscera iterum filium genitura per veniam. O quām facilis est post delictum venia delicti. Ut sis post innumera sceleris sine periculo tutus, sufficit vel unicus in Christum obtutus ; ita monente Poëta :

Si malefecisti, mox respice vulnera Christi.

28. DIES JANVARII.

Pœnitere, non impeditur temporis angustiâ, Dei misericordia. *Crysost.* in *Psal. 50.*

I. Ad-

(a) *Luc. 15.* (b) *Sermon, 2. de Filiq Prod.*